

## A FUNDACIÓN DE ROMA



Romulus Remusque iuvenes fortes nunc erant. de matre et de Amulio cognoverunt ; regem punire constituerunt. Albam Longam iter fecerunt; Amulium mox necaverunt et Numitorem regem restituerunt . tum novam urbem condere constituerunt . erant prope Albam Longam septem colles . Romulus urbem in Palatio aedi care cupiebat , Remus in Aventino . 'dei inquit 'locum constituent. nobis augurium mittent.' Romulus in Palatio manebat, Remus in Aventino. subito super

Aventinum sex vultures Remus vidit. 'in Aventino erit urbs mea!' laete clamavit ' Rema erit nomen!' tum tamen super Palatium duodecim vultures Romulus vidit. ' augurium tuum' clamavit 'primum fuit, frater, sed augurium meum melius fuit. in Palatio urbem aedi cabimus. urbem Romam vocabimus.' Romulus urbem aedi care celeriter coepit . Remus tamen muros fratris vidit et risit. Romulus iratus statim 'de urbe mea' inquit ' impune non ridebis!' diu pugnauerunt; tandem Romulus Remum saeve necavit. ita Romulus cum morte fratris Romam condidit

<p><i>Amulius -i m Amulio</i>  <i>cognosco -ere cognovi</i> descubrir, coñecer  <i>constituo -ere -ui</i> decidir, determinar  <i>Alba -ae Longa -ae f Alba Longa</i>  <i>Numitor -oris m Númitor</i>  <i>restituo -ere -ui</i> restituír, restablecer  <i>condo -ere</i> fundar (unha cidade)  <i>prope (+ acc )</i> cerca de  <i>septem</i> sete  <i>collis -is m colina</i>  <i>Palatium -i n Palatino</i> (colina romana)</p>	<p><i>cupio -ere</i> desexar  <i>Aventinum -i n Aventino</i> (colina romana)  <i>augurium -i n augurio</i>, presaxio  <i>super (+ acc )</i> encima, enriba  <i>sex</i> seis  <i>vultur -uris m</i> vóitre  <i>Rema -ae f Rema</i>  <i>duodecim</i> doce  <i>melius</i> mellor ( n nom sg, comparativo )  <i>coepi ( irreg pf )</i> I began  <i>impune</i> impunemente  <i>ita</i> deste modo, así</p>
---	---